



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus,  
quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem  
promovendam sunt usi ; Malorvm Qvoqve Sacerdotvm infelici interitu,  
radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro  
commodiori Sacramentorum & ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1681**

Testimonium Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

runt, tam severè animadvertisit, quantam de violatoribus  
Sacerdotum novi Testamenti pœnam exiget. Id certè non  
semel facto ipso ostendit, maximè in Nantino Comite En-  
golismensi, de quo Baronius ad annum 583. testatur, quod,  
cum in Heraclium Burdigalensem Episcopum, aliósque DEI  
Ministros multa mala patrasset, tamen ardentí febre corruptus  
est, ut exclamare fuerit coactus: heu, heu, ab Heraclio An-  
tistite exuror, ab illo crucior, ab illo ad judicium vocor. Co-  
gnosco facinus, reminiscor injurias me intulisse Pontifici,  
mortem deprecor, ne diutius crucier hoc tormento. Quibus  
dicitis infeliciam animam effudit, corpore adeò denigrato, ut  
primum superpositis combustum fuisse crederetur. Sed & Va-  
lentius Imperatoris cubicularius, quia sanctum Sacerdotem  
Aphraatem pessimè tractaverat, inox in balneum ingressus,  
mente captus est, & in aquas calidas delapsus vitam finivit,  
uui Nicéphorus l. 11. hist. Eccles. c. 25. refert.

### SECUNDUM *TESTIMONIUM CHRISTI.*

I. Triplici etiam ipse Christus testimonio declaravit;  
quantopere Sacerdotalem statum æstimet, & ab aliis etiam  
estimari desideret. Primum est, dum eo tempore Sacerdo-  
tium instituit, quo paulò post moriturus valedicere volebat  
Discipulis, atque adeò postremum, idque perfectissimum  
amoris sui erga humanum genus argumentum relinquere;  
tunc enim accepto pane gratias egit, & fregit, deditque Di-  
scipulis suis, dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis  
tradetur; Hoc facite in meam commemorationem. Simili-  
terque calicem accipiens & porrigenus, Sacerdotii Ordinem  
contulit Apostolis, ut Tridentinum sess. 2. c. 1. definivit.  
Quod si vero & cæmoniaæ, quas institutioni præmisit, vi-  
delicet Paschatis antiqui abrogatio, pedum ablutio, & ma-  
gistraculæ elecio paulò accuratius considerentur, dubi-  
tari non potest, quin ea omnia eo potissimum fine sint per-  
facta, ut suam de Sacerdotio hoc à se instituto estimationem  
magis declararet, similèmque etiam posteris conceptum in-  
generaret.

II. Secundum testimonium est, quod singulari semper  
honore ipsemet Sacerdotes veteris Testamenti affecerit, uti  
inpri-

ioprimis S. Cyprianus l. 2. epist. 9. testatur, dicens: *Dominus noster IESVS Christus Rex & Index noster usque ad pacem diem servavit honorem Pontificibus & Sacerdotium quamvis illi nec timorem DEI, nec agnitionem Christi vassent. Et ideo, teste Anacleto ep. 2. ad Episc. Italiam, minus sacri Corporis sui tractatores à vilibus ac reprobus non idoneis Personis infamari noluit, nec calumniari misit, sed ipse proprio flagello peccatores Sacerdotes a populo ejecit.* Si ergo Sacerdotibus veteris Testamenti tan-

*hono em exhibuit, quantum exhibitus fuisse credendum.*

Sacerdotibus novi Testamenti, ut qui, sicut ad Sacrifice

incompatibiliter perfectius sunt ordinati, ita innume-

quoque partibus Sacerdotes veteris Testimenti digni-

autecellunt.

III. Tertium testimonium est, quod, ut alios quoque similem honorem Sacerdotibus exhibendum incitaret, tam suos Vicarios constituerit, & honorem, qui ipsi exhibebitur, non aliter se acceptum promiserit, ac si sibi exhibitus fuisset; ita enim S. Chrysostomus ho. 17. in Mat. testatur, dicens: *Sacerdotes Christi Vicarii sunt, & qui honorat Sacerdotem Christi, honorat Christum: & qui injuriat Christi Sacerdotem, injuriat Christum, cuius est Virginius & Sacerdos.* Quod ipsum etiam Christus ipse confirmavit, dum Lucæ c. 10. dixit: *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit.* Si ergo, qui dignam de genere quamquam estimationem concipere desiderat, non melius iam acquirere potest, quam si peritum gemmarium, ut optimè pretium gemmarum novit, de ea discurrentem adiat; quis non adverit, non aliud efficacius posse repetere medium ad dignam de Sacerdotio estimationem concipit, quam si infallibile hoc, Sapientissimumque Christus, qui solus uti instituit, ita ponderare quoque solus scit dignitatem Sacerdotii, de eodem manifestatum testimonium mente volvat.

### TERTIUM TESTIMONIUM B. VIRGINIS.

Quantam hæc Virgo sanctissima estimationem de Sacerdotio, ipsoque Sacrificio Missæ conceperit, illustri